

A 231  
3

00. J.

Hist.

III

C. 2.

V. 21

MANUDUCTIONEM  
**PHILOSOPHIÆ**

AD NOTITIAM DEI NATURALEM

*QUIDAM E COETU NOSTRO DISCENTES SUIS UTCUNQUE  
DELINEABUNT ORATIONIBUS,*

<sup>Quas</sup>  
D. 14. August. A. 1726. hor. IX. antem. Vol. DEO  
in Auditorio nostro majori perorando  
declamabunt;

<sup>Ad quas</sup>  
BONO ANIMO, ET BENIGNIS AURIBUS  
PERCIPIENDAS  
MUSARUM FAUTORES, PATRONOS,  
& AMICOS OMNES

*Qua debet, animi observantia, & reverentia  
invitet*

CH. FR. ESSERUS,  
Con-Rector.

---

STARGARDIÆ, TYPIS JOH. TILLERI, TYPOG. REG.

MANUDUCTIONEM  
PHILOSOPHIAE

AD NOTITIAM DEI NATURALIEM  
QUODAM E COSTUMI NOSTRO DISCRETIS SIVE MENTIBUS  
DELINEATAV ORATIONIBUS

D. M. August. A. J. G. hoc IX. Augusti. V. I. D. E. O.  
in Auditorio nostro majore petendo  
declamatur;

BONO ANIMO, ET BENIGNIS AURIBUS  
PRÆCIPENDAS  
MUSARUM PATRONOS, PATRONOS  
& AMICOS OMNES

CH. PR. ESSERUS

STARGARDIAE, Typis Joh. Thomae Typogr.



I. N. J.

§ I.

**P**hilosophiæ abusus etiam inde existit, si quis veram pectoris mutationem, piosque eius motus ad spiritualem conversionem tendentes, philosophiæ naturali tribuere, & imputare velit. JOSEPHUS L. 1. antiq. c. 7. proinde virgula censoria notandus videtur, utpote qui conversionem *Abrahami* fiderum contemplationi, seu Philosophiæ ipsi adscribere voluit. MOSES AMYRALDUS in Academia Salmur. Theologus duas olim prædicationis statuit species; unam per ministerium Apostolorum; alteram per solam providentiæ divinæ administrationem, mundum conservantis. CLAUDIUS PAJONUS in Gallia docuit, Spiritum S. quidquid susciperet agendum in hominum cordibus, id omne agere mediante lumine, & vi rationis per morales suasiones, quarum efficacia a ratiociniis humanæ mentis dependeret. M. LEYDECK. præf. verit. triumph. n. 29. Verum usum philosophia præbet in demonstratione veri DEI, ex operibus creatis naturali modo cognoscendi.

§ II.

ARISTOTELES ipse ex effectibus diiudicavit causam primam in cujus cognitionem adductus est recto rationis usu, si vera sunt, quæ de eo citat D. CLAS. in Theol. natur. c. 1. Nam ut ipse ait lib. de mundo c. 6. DEus inconspicibilis omni creatura, vel naturæ interitura, cernitur ex operibus. Quis dixit Aristoteli, a DEO omnem Entitatem pendere, & ad ipsum reverti eam l. 2. c. 7. de Theol. s. esse principium, l. 1. c. 2. metaph. esse æternum l. 12. c. 7. metaph. esse præstantissimum, & unum in lib. de Xenoph. Zen. & Gorg. esse omnipresentem etiam rebus vilissimis lib. 2. c. 5. de part. anim. esse Conditorem, & Conservatorem omnium, lib. de mundo c. 6. immutabilem l. 1. c. 9. de celo, potissimam DEI sedem esse cælum, locum supremum l. 1. c. 3. de celo. DEum carere partibus, & omnis magnitudinis esse expertem l. 8. c. 10. Phys. vivere vitam contem-

*placivam & perfecte beatum esse l. 10. c. 8. Eth. l. 2. M. M. c. 15. & per se beatum esse l. 7. c. 1. Polit. & habere libertatem in agendo l. 4. Topic. c. 3. & c.* Natura hæc omnia Philosopho suggestit, cuius diligens, & assiduus fuit Cultor.

## § III.

DEUS, Ens summum ratione existentia, & quod sit, quod quoque nonnulla possideat attributa, quæ necessario nexu essentiam consequantur e naturæ lumine patet. In *revelatione* autem *speciali* ipse se manifestavit non tantum *quod sit*; sed potius *qualis sit* secundum essentiam, voluntatem, attributa omnia, & quomodo ab hominibus coli, & amari velit; licet ex rectæ rationis, seu philosophiæ *genuina* principiis ejus existentia investigari possit; interim tamen quia non omnes ejusmodi demonstrationes subriles & profundas capiunt, quibus ista ex effectibus colligitur, eam quoque ob causam requiritur revelatio, ut illi, qui per ingenii ruditatem scire nequeunt, credant saltem, & quidem majori fide DEUM esse. Extrema autem, & effrenata hominum malitia, & voluntatis impietas ingenii stimulos sæpe indit ad DEUM negandum, cui eo avidius freni laxantur, mens si fuerit persuasa, non extare delictorum Vindicem. Hinc ARISTOTELES l. 10. c. 7. Ethic. docet: *Cum simus mortales, mortalia cogitare non debemus, sed quantum fieri poterit immortales nos reddere.*

## § IV.

Gentium Sapientes omnes, qui vocantur Philosophi, in timos naturæ recessus evolventes ex operibus artificem cognoverunt, Prophetam DEI non audiverunt, Regem DEI non acceperunt; sed eis DEUS quodammodo silens in ipsis mundi operibus loquebatur, & ad quærendum rerum artificem mundi species invitabat, nec potuerunt in animum inducere, caelum, & terram sine auctore constare, AUGUST. Serm. 543. de tempore. Quod si dantur res creatæ, & materia, datur quoque DEUS ipse, quia effectus supponit causam, nulla autem res operatur, nisi actu existat. Materia aeterna cum DEO esse nequit, eo ipso quia est materia, quæ agere non

non valet neque se producere, disponere, & recte in debitum finem applicare, actiones enim sunt suppositorum. Suppositum autem hic est *ὁ πρῶτος* sive subsistens singulare intelligens, volens, incommunicabile, non sustentatum ab alio. Qualitates autem in materia produunt eam esse brutam, eam non esse ipsum DEum, sed dependentem, sed pendens ab alio principium primum esse nequit, & proinde est creatum, & quia habet quantitatem, materia est, ubi enim quantitas, ibi materia.

§ V.

Notanda hic sunt verba cujusdam Philosophi celeberr. in D. LANGII *bescheidene Entdeckung* p. 1. Sect. I. Wenn gleich Gott die Welt von Ewigkeit hervorgebracht hätte, wie vor diesem Aristoteles behauptet, so wäre sie doch deswegen nicht auf eine solche Art ewig, wie Gott. Denn sie wäre in einer unendlichen Zeit, hingegen Gott ist ausser der Zeit, und deswegen wäre sie doch auch ihrer Daur nach von Gott unterschieden. Productum esse, & simul æternum esse in sensu recepto, contradictionem involvit. Et licet hic *æternitas* denotet tractum temporis longissimum; tempus tamen infinitum a parte ante esse non potest, eo ipso quia est tempus, & proinde creatum, creatum autem infinitum, id est absque initio esse non potest. Quodsi autem æternitas hic designet durationem initii & finis expertem, mundus in tempore non est productus; sed cum DEO semper extitit, & in se divinitatem habet uti Filius & Spiritus S. qui ab æterno cum Patre, & hic cum utroque fuit, id quod absurdum est. Removenda potissimum hic est in cit. verbis ambiguitas vocis *æternitatis*. Ea enim vel notat temporariam multorum annorum durationem, quæ vocatur *æternitas periodica*; vel designat durationem, quæ quidem initium, non autem finem habet, quæ vocatur *æternitas restricta*; vel indicat durationem interminabilem, principii, & finis expertem, quæ omnem successionem præsentis, præteriti, & fururi excludit, quæ vocatur *æternitas absoluta*. Mundus habet partes mutabiles, contingentes, iterituras,

quomodo æternitas mundi omnem successionem præsentis, præteriti, & futuri excludere potest? ATHANAS. orat. II. adversus Arrian, opp. t. I. p. 337. *Et si DEO possibile fuerit, ab æterno opera facere, non tamen potuerunt ea, quæ facta sunt, ab æterno fuisse siquidem ex non entibus; nec erant, priusquam fierent. Quæ autem non erant, antequam fierent, quomodo illa coexistere potuerunt cum DEO semper existente?*

## § VI.

Pag. 5. l. c. hæc leguntur verba: ein einfaches Ding kan aus keinem andern einfachen Dinge entspringen = = = da wir nichts begreifen, als wo wir vieles in einem voneinander unterscheiden, deren eins in dem andern gegründet ist, so kan ein einfaches Ding, daß auf einmahl entstehen muß, wenn es nicht nothwendig ist, auf keine begreifliche Art entstehen, = = = § 921. da die Seelen des Viehes so wol als der Menschen einfache Dinge sind, so können sie weder natürlicher Weise entstehen, nach § 87. & 88. noch aufhören, nach § 101. Auctor ut Philosophus creationem s. existentiam rerum simplicium ostendere vult, quia autem sibi concipere non potest, quomodo simplicia ex simplicibus existere possint, nec tamen simul ut Philosophus *Christianus* omnipotentiam DEI, per quam simplicia existere possunt, ostendit, negare omnino videtur, simplicia esse creata, ex quo sequitur, ea fuisse necessaria, & ab æterno ita extitisse per internam, & naturalem constitutionem. Quum tamen omnes Philosophi gentium sapientes, ut supra adduximus, naturam scrutati ex operibus Artificem cognoverint, mundus enim ex simplicibus est compositus, ergo multo magis autor ut Philosophus *Christianus* naturam simplicium scrutatus ex operibus Artificem cognoscere potuisset, & proinde eorum creationem ostendere, quodque non fuerint æterna. Quod si gentium sapientes sine lumine revelationis per solum naturæ, & philosophiæ lumen invenire potuerint, omnium operum Artificem fuisse, & esse, multo magis Auctor sua ratione lumine revelationis majori collustrata invenire potuisset, omnia sic quoque simplicia fuisse cre-



creata, nec necessaria, aut ab æterno. Ubi enim definit philosophia, ibi incipit Theologia, aut incipere debet, quia scriptura supplet naturam, qui autem ob contemptum scripturæ contraria revelationi docet, abutitur philosophia.

## §. VII.

Lumen gratiæ & naturæ duo subordinata principia in Philosophi Christiani unitate sub uno Deo legitimo usu ad unitatem finis citra confusionem, ac disiunctionem harmonica consensione distincte conspirare & possunt, & debent. At enim vero multi antiqui, & recentiores hoc non observarunt; sed illud quod ut Philosophi admiserunt & receperunt, ut Theologi, s. christiani reiecerunt, & quod ut Christiani receperunt, & docuerunt, ut Philosophi reiecerunt, & negarunt. Peripateticam, & Pelagianam doctrinam Scholastici moderari voverunt, dum duos homines in uno condiderunt, unum *Philosophum*, alterum *Christianum*: unum, qui cum Pelagianis crederet, speraret, diligeret ex natura; alterum, qui ex gratia; unum qui virtutem propter virtutem coleret; alterum qui propter Deum; unum qui gratiam respuendo superbissime sibi ipsi, & rationi philosophicæ ad bene vivendum, & docendum, & intelligendum fideret; alterum suæ infirmitatis conscium, qui adiutorio gratiæ Dei; unum, qui quanto superbiorum, tanto falsiorem sibi ipse beatitudinem fabricaret; alterum qui eam speraret ex Deo. Denique unum *sui ipsius adoratorem*, alterum *sui conditoris*. JANSEN. l. 2. c. 2. de stat. pur. natur.

## §. VIII.

Pag. 264. sect. 3. l. c. auctor clariss. ita scribit: *qui igitur ab ordine universi argumentantur ad auctorem ordinantem, vitium in materia admittunt, fallaciam nempe dicti simpliciter. Sumunt enim tanquam simpliciter verum, ubi datur ordo, ibi datur ordinans, quod non nisi secundum quid, nempe de ordine contingente intelligendum est. Superius enim iam ostendi in ordine absolute necessario nullum dari ordinans. Argumentum firmo stat talo: ubi datur ordo (physicus) in rebus naturalibus, ibi datur ordinans,*

nans, de his enim sermo est, quæ omnino ordine suo constantissimo, & sapientissimo produunt ordinantem quandam, & quidem non hominem aliquem artificem; sed ipsum Deum, loquimur enim de hoc universo, quod opus est omnipotentia divina. Si enim in horologio rotarum ordo optimus, optimum supponit artificem: pari quoque ratione ordo huius universi optimus, optimum supponit & arguit auctorem, qui ipse Deus est, & causa efficiens prima, in qua subsistendum, in subordinatione enim causarum efficientium progressus in infinitum non datur. Fieri non potest, totam collectionem Entium, vel causarum efficientium esse dependentem in suo esse, & operari, Ergo necesse est, esse in illis aliquid independens, ergo non potest in illo progressu in infinitum procedi, sed sistendum est in ente non producto, quod etiam in causando sit independens. Antecedens evidens est ex illo principio, omne quod producitur, ab aliquo producitur nam perinde est dicere: omne quod dependet, ab alio dependet, si ergo tota rerum collectio esset dependens, deberet necessario pendere ab alio; id autem est impossibile, quia extra collectionem non est aliud: quod si tota collectio penderet ab aliquo Ente intra ipsam comprehenso, etiam illud penderet a se ipso, quod fieri non potest. Sic ergo fieri non potest, totam collectionem entium esse factam, aut totam collectionem causarum esse dependentem in agendo propria dependentia, qua posterior causa pendet a priori. SUAR. disp. 29. sect. I. SLEVOGT. disp. acad. p. 700. seqq. 216. M.I.C. DÜRRII orat. de præpost. libert. philos. p. 6.

## §. IX.

Pag. 269. sect. 3. c. auctor ita sentit: *similiter qui a finibus rerum magna cum pompa petunt argumentum, sumunt, quod non probant, dari rerum naturalium fines. Valde autem vereor, ne summionem probaturi committant circulum vitiosum.* Rat. Prælect. p. 157. Omnia in hominè, animalibus, plantis, mineralibus tanta constructa sunt sapientia, potentia, & virtute, ut si quis singulas corporum partes intime, & serio perlustrando scrutari velit, agnoscere possit, quodlibet corpus mancum, & in

inutile futurum fuisse, si aliter, quam est pro naturæ, & finis conditione, formatum fuisset. Ex qua finis consideratione gloriæ, potentia, & sapientia divina patet manifestatio. In multis quidem finis est incertus, occultus, nec satis exploratus, inde tamen non sequitur, in omnibus quoque eum esse incertum, non licet argumentari a singulari ad universale. Huc etiam trahi possunt, quæ Medicus quidam hunc in modum disputat: Wenn solches geschehen, so muß auch hernach eine verständige Wirkung vorgehen, damit der Zweck erhalten werden möge. Denn der Nahrungs-Saft kan sich ja nicht selber in eine solche künstliche und bequeme Form, als an den Gliedern des Leibes gespüret wird, anlegen; sondern dasjenige was eine solche Operation thun sol, muß einen Unterschied machen können, unter flüssigen, und festen Theilen, unter Haut und Knochen, und muß wissen aus dem Nahrungs-Saft diejenigen Atomos oder Stäublein auszusuchen, aus welchen fleischichte, häutichte, oder knorpelichte Theile, oder Geblüt können vertertiget werden, damit sie zu dem Endzweck geschickt seyn, dazu sie sollen gebraucht werden. Denn wenn solcher genauer Unterscheid nicht gehalten würde, so könnte es leicht geschehen, daß an einem Orte, da Fleisch wachsen solte, ein Knorpel entstände, u. s. w. wodurch der Mensch in ein Monstrum und in eine ganz unbrauchbare Maschine würde verwandelt werden. Es muß auch dasjenige, das diese Wirkung thun soll, die Wissenschaft, und Vermögen haben, die Materie in eine solche Form, z. E. an fleischichten Theilen in lauter Fibras oder Faden zu spinnen, und zusammen zuweben, daß die rechte Gestalt accurat heraus komme, welche zu denen Wirkungen, so dadurch geschehen sollen, tüchtig sey. Endlich so muß es auch die Symmetrie, und Proportion derer Theile des Leibes so sie in der Länge, und Dicke gegeneinander haben sollen, eben so gut, und besser verstehen, als ein Mahler, und Bildhauer, wenn er eine förmliche Gestalt hervor bringen sol. Quæ etiam ad primam creationem generatim aliquo modo applicari possunt. D. J.

B

LANG.

LANG. caussa Dei p. 171. seqq. BUDD. Phys. p. 322. SAM. CLARC. in demonstr. existent. Dei p. 94. dicit: *si detur nulla caussa finalis, sequitur, caussam supremam non esse necessariam, sed agens liberrimum. Et ipse Spinoza hanc consequentiam, ut optimam, approbat, ideoque nihil illi reliquum est, quam ut cum ludibrio exhiberet omnes caussas finales; tanquam ab otiosis, & superstitiosis inventas. Qui igitur argumenta ab ordine mundi, ab eius structura, initio, finibus desumpta pro demonstranda Dei existentia, suspecta reddit, enervat, & eludit, is aliquo modo atheismo patrocinari videtur, multumque offendit discipulum aures, & animos innocentes, qui arrectis auribus eiusmodi nova, & curiosa, quæ a communi sententia recedunt, ex ore docentis excipiunt, qui splendida argumentorum pompa talia stabilire videtur.*

§. X.

Pag. 212 sect. 3. verba cl. auctoris ita sese habent: Und also irren diejenigen, welche ihnen einbilden ein Atheist möge leben wie er wolle, und werde auch alle Schand-Thaten, und Laster in der That begeben, wenn er nur von bürgerlichen Strafen frey ist: denn dieses trift nur ein, wenn ein Atheist unverständlich ist / und die Beschaffenheit der freyen Handlungen nicht recht einseheth. Daher bringet ihm nicht die Atheisterei zum bösen Leben / sondern seine Unwissenheit / und sein Irthum von dem Guten / und Bösen. Es ist wol wahr, daß ein Atheist die Atheisterei dazu brauchen kan, sich in der Unwissenheit und im Irthum von dem Guten und Bösen zu bestärigen, und deswegen darinnen verharret: allein es ist darum nicht ein liederliches Leben mit ihr nothwendig verknüpffet. Mor. part. I. c. 1. § 20. 21. -- Ja ich habe erwiesen, daß blos der Mißbrauch der Atheisterei zu einem bösen Leben verleitet, keinesweges aber sie vor sich dazu führe Polit. part. II. c. 3. § 368. seqq. Cl. auctor putat, dari *atheos prudentes, & per accidens atheos im-*

imprudentes, dixit: Wenn ein Atheist unverständlich ist, quasi  
 athei ordinarie essent sapientes. Scriptura dicit: Die Tho-  
 ren sprechen in ihrem Herzen: es ist kein Gott. Ps. 14, 1.  
 Auctor cit. dicit: Wenn ein Atheist unverständlich ist.  
 LACTANTIUS. l. 7. c. 9. illos, ait, qui nullum omnino Deum esse di-  
 xerunt non modo Philosophos, sed ne homines quidem dixerim.  
 Lactantius dicit: atheos non esse Philosophos, & ne homines  
 quidem. Cl. auctor putat, eos esse sapientes, s. Philosophos  
 intellectu bonos. Philosophi Ethnicorum sapientes dixerunt:  
*nulla gens est tam fera, tam barbara, qua non, etsi ignoret, qua-  
 lem Deum habere deceat, habendum tamen aliquem esse sciat.*  
 Cl. auctor Christianus autem sentit, Atheos non esse feros,  
 & barbaros per se, modo non per accidens, & vitæ impie-  
 tatem si accesserit, fiant imprudentes. Arnobius l. 5. p. 178.  
 dicit: *solitus sum mirari, audere vos dicere, quenquam ex his  
 (Christianis) atheum, irreligiosum, sacrilegum, qui Deos esse  
 omnino aut negent, aut dubitent.* Cl. auctor audet omnino di-  
 cere esse atheos, & quidem non semper moribus pravos, &  
 impios, quia atheismus per se non influeret in malam vitam,  
 aut homines perduceret ad malos mores. Atheus habet  
 ignorantiam Dei, s. scripturæ, naturalis, & revelatæ religio-  
 nis, Cl. auctor tamen putat, atheismum non esse ignoran-  
 tiam, & errorem boni, & mali, cum tamen Deus, quem neg-  
 at, sit summum bonum, cuius errorem, & ignorantiam  
 omnino habet. DAN. CLAS. in Theol. natur. p. 9. c. 2. ad  
*negandum autem Deum, non leve quoque impietas incitamentum  
 est, cui eo melius laxari poterunt freni, si persuasa fuerit mens,  
 non extare delictorum vindicem.* Cl. auctor contra scribit, cum  
 atheismo non necessario coniunctam esse pravam vitam, quum  
 tamen ex mala vita tandem existat ipse atheismus corrupto  
 intellectu. Atheismi causæ referri potissimum possunt par-  
 tim ad intellectum hominis, partim ad eius voluntatem. In  
 eum enim malitiæ statum adduci potest, ut ob varios respec-  
 tus in ipsa vitæ afortia castigantis conscientie remorsus, &  
 stimulus in se suppressurus Deum tandem neget, & negando

magis, magisque obbrutescat; aut arrogantissimæ ambitionis, fastusque stimulis adductus corrupto intellectu se super omnes alios, rectius sentientes efferat, eiusque audaci magisterio in scepsin malignam & ex hac in atheismum tandem incidat. Cl. auctor scribit: daß blos der Mißbrauch der Atheisterei zu einem bösen Leben verleitet, keinesweges aber vor sich dazu führe. Sed quomodo vitii abuti postumus? in iis enim non esse potest abusus, quia vitia ipsa sunt iam abusus, in re per se bona abusus esse potest, non in re per se mala, quasi vi oppositionis ipse atheismus haberet bonum usum. Sed quo non delabitur curiosa philosophia, vel potius curiose doctus Philosophus! Bone Deus! quid non efficit fastus, & falsa persuasio eruditionis exquisitissimæ, & accurati acuminis ingenii in hominibus, alias multorum meritorum splendore conspicuis! Studiosa iuventus si talia audit, nonne facili impetu in devia ruere, aut ipsam philosophiam diris devovere potest? quæ tamen inprimis genuina per se hoc non docet, nec efficit, sed potius prava philosophi impietas per philosophiæ abusum.

§. XI.

Bonus itaque, qui rerum scholasticarum habenas tenet, Magister, aut Didascalus in id sedulo incumbat, eiusmodi ut doctrinæ *βδελύματα* aut portenta e philosophiæ castæ finibus removeat, & eius rectum potius usum ostendat in demonstranda existentia Dei, ex operibus mundi cognoscenda. Curius aures non feriat, cuius animum non penetret tremendum illud Servatoris nostri fulmen, quo Matthæo c. XII, 8. referente, atrociam comminatur illis, quorum & doctrina, & factis cerea, & ad malum prona iuventus redditur peior, & iniquior? Nihil apud multos docentes noticia Dei, eiusque cultu divino est frigidius, nihil magis superficialium. Quum tamen omnes omnium lectiones, & labores spectent ad notitiam Dei, & Christi comparandam, & augendam. In primis in philosophicis & *physicis* in eam docens incumbat curam, discentes ut inde vera semina virtutis, & notitiæ Dei concipiant, & omnia referant ad Deum recte colendum, beneficia eius ce-

le-

lebranda, & animum solide erudiendum in utilitatem reipubl.  
& usum aliorum. § XII.

Vir ille sanctus Doctor gentium Paulus Rom. I. ostendit, notitiam Dei naturalem acquiri ex operibus Dei creatis, & tota rerum natura. Hanc proinde simul modo *indirecto* inculcat per philosophiam sobriam explorandam, scrutandam, pio animo considerandam ad Deum exinde recte agnoscendum, & laudandum. Per viam *causalitatis* Creatorem esse, intelligimus. Sicuti alias effectus requirit causam, a qua ponatur in esse, & e potentia in actum deducatur, quum fieri non possit, aliquid formari, & tamen esse nihil, a quo formetur; ita etiam ex effectibus tandem progredimur in ordine causarum ad cognitionem causæ primæ, quæ quidem est causa omnium, ipsa autem formata est a nullo alio, & hic modus cognoscendi fundatur in eo, quod causa, & effectus, Creator, & creatura inter se habeant respectum transcendentalem. Huc comparatæ sunt diversorum auctorum dissertationes, quibus e structura diversarum corporis partium Dei existentiam, & sapientiam probarunt. v. g. e structura *oculi* IO. CHR. STURMIUS, e structura *auris* IO. ALB. HAMBERGERUS, e structura *manus* CHR. DONAT. Vid. SAM. PARKER. de Deo, & provident. disp. V. & IO. RAIUS de existentia, & sapientia Dei manifestata in creaturis part. II. p. 290 seqq. e structura *universi corporis* FRID. HOFMANNUS in oratione de Atheo convincendo. D. I. LANG. c. I. sect. II. arg. III. Eam ob causam quoque discentes in physicis structuram corporis humani discere debent, quo semet ipsos recte noscere, beneficia a Deo collata in corpore admirari, eoque recte uti possint, & simul dignoscant, quæ partes eiusmodi subtiles in ambulando, edendo, bibendo, studendo, & reliquis actionibus lædere, quæque eas conservare valeant, id quod nemo recte præstare poterit, structuram totius corporis nisi habeat notam, & perspectam, eiusque partes solidas, & fluidas. Vid. KIL. RUDRAUFF. Philosophiam Theologicam p. 42. seqq. §. XIII.

Quin imo ipsi Ethnici saniores præsertim, unum Deum creatorem omnium statuerunt. Pythagoras, teste LACTANTIO

TIO de ira Dei c. 2. unum Deum confitetur dicens: *incorporatam esse mentem, quam ob causam Deum vocat prováda, seu unitatem.*  
 MACROBIUS. l. c. 6. Somn. Scip. *monas initium, finisque omnium, neque ipsa principii, aut finis sciens ad summum refertur Deum.* Vid.  
 MEURS. Diss. de Denario pythag. Et licet ipse Pythagoras plures Deos admiserit, atque unum, tamen ut Onatus pythagor. apud Stobæum ait, reliquos Deos pro ministris habebat iunmi DEI, & habebant se ad summum Deum ut chorus ad Coryphæum, & milites ad Ducem. VOSS. l. 1. de orig. & progr. idol. ANTISTHENES populares DEOS multos, naturalem unum dixit. CICER. l. 1. de nat. D. Nec non Plato, Seneca, Tullius, Epictetus, & alii emunctioris nasi gentiles omnes Deum Creatorem hujus universi statuerunt, eumque dixerunt unum esse.  
 § XIV.

Rebus sic se habentibus negari tamen nequit & dolendum, interdum Atheos fuisse theoreticos, & practicos. Systema THOM. HOBBSII atheismum continet, fuit iste Anglus, philosophus, mathematicus, & poëta clarissimus. B. SPINOZÆ doctrina atheismum continet. CH. KORTH. de trib. impost. magnis Sect. III. J. MUSÆUS in tract. Theol. polit. de libert. philos. examinato. Cujus auctor dicitur B. SPINOSA natione ludæus, sed ob opinionum monstra expulsus, homo perfrictæ frontis fanaticus, & ab omni religione alienus. Ansam conscribendi libri sibi præbuisse refert diffidia hominum, *qui se Christianam religionem profiteri jactent hoc est amorem, gaudium, pacem, continentiam, & erga omnes fidem, & tamen plus quam iniquo animo certent, & acerbissimum in invicem odium quotidie exercent.* Quod malum putat inde esse ortum, quod Ecclesiæ ministeria, dignitates, & ejus officia beneficia æstimare, & pastores summo honore habere vulgo religio fuerit, simul ac enim hic abusus in Ecclesia inceperit, statim pessimo cuique ingentem libidinem sacra officia administrandi inaccessisse, & amorem divinæ religionis propagandæ in sordidam avaritiam, & ambitionem, & ita ipsum templum in theatrum degenerasse, ubi non ecclesiastici Doctores; sed Oratores au-  
 di-



direntur, quorum nemo desiderio teneretur populū docendi, sed eundem in admirationem sui rapiendi, & dissentientes publice carpendi, & ea tantum docendi, quæ nova & infolita, quæque vulgus maxime admiretur, unde magnas contentiones, invidiam, & odium quod nulla vetustate sedari potuerit, oriri debuisse. Non ergo mirum quod antiquæ religionis nihil manserit, præter ejus externum cultum, & quod fides jam nihil aliud sit, quam credulitas, & præiudicium, p. 2. c. 1. LUC. VANINUS atheismi macula se inquinavit, quum solidissimis pro existentia DEI argumentis neglectis, adhiberet ficulnea, & ineptissima, & in recensione objectionum esset operosus, in discussione autem frigidus. Nec Gallia, Angliæ, Belgio, & Germaniæ hoc hominum genus defuisse, multorum exempla dolenda satis, superque testantur. Vid. D. J. LANG. caus. DEI p. 70. seqq.

§ XV.

Quicumque cupit legere cum fructu aliquo librum naturæ, debet distincte considerare theoriam, & praxin. Sicut in omnibus disciplinis discendis observanda est notitia, & ejus applicatio s. theoria, & praxis: ita & in libro naturæ pervolvendo distincte oportet videre rationem cognitionis & applicationis justæ in vita. Theoria s. cognitio constabit duabus partibus, videlicet consideratione naturæ ejusque corporum, & historia aliqua naturali divina, & civili. In qualibet re creata, tanquam folio libri naturæ considerabis omnium primo naturam, hoc est, proprietates, & usum ejus, deinde adiciēs historiam aliquam, qua res reddatur illustrior. Praxis s. applicatio pia proponet vocem creaturæ, creatoris, & hominis. In Schola naturæ tria sunt observanda, 1. liber, 2. Doctor, 3. Discipulus. Liber est res creata, cui tribuitur vox, ut homo magis excitetur. Doctor est DEus, qui confirmat vocem rei creatæ. Discipulus est homo, qui respiciat DEum, seipsum & alios tanquam condiscipulos. Introducuntur itaque DEus, natura & homo jucundissima profopœia. Omnis natura tribus vocibus nobis loquitur. Prima vox est: accipe beneficium, secunda est: redde debitum servitium, tertia est: fuge supplicium. AU-  
GU-

GUSTIN. I. 10. conf. hæc habet: *Cælum, & terra circumcirca mihi loquitur, & monet, ut DEum amem. Cælum dicit: ecce do tibi lucem, aër dicit: ecce do tibi halitum, ne suffoceris, aqua dicit: ecce do tibi potum, terra clamat: nutrio te pane, & frugibus.* Redde ergo debitum servitium, & fuge supplicium, ne res creatæ ob abusum tuum noceant. Vid. J. HENR. ALSTED. in Theol. natur. p. 234. seqq. Vox Creatoris ad hominem confirmat vocem creaturæ triplicem, eamque ipso facto probat. Res creatæ docent hominem, sed ministerialiter; at DEus docet eundem principaliter, & auctoritative. Non igitur vox creaturæ est contraria voci DEI, sed subordinata. Vox hominis in Schola naturæ triplex est, & esse debet, & dirigatur vel ad DEum, vel ad ipsum, vel ad alios. Homo hic triplicem sustinet respectum; *discipuli* si spectes DEum, & res creatas, a quibus discit; *Doctoris*, si spectes ipsum; & *condiscipuli*, si spectes alios. In physicis itaque, & natura consideranda animum ad Deum dirigat, illum in vocando, ut largiatur ipsi gratiam suam, ut præstare possit, quod res creatæ exigunt, ipsique gratias agat pro beneficiis quotidie acceptis. Deinde reflectat meditationem in se ipsum, excitando animum ut recte discat, intelligat, & natura bene utatur. Denique moneat proximum eum iuvando in libri naturæ lectione. Ex paucis hisce *Leç. B.* instituti nostri scopum intelliges, præsentemque materiam non inutilem futuram judicabis. Sermonum a Discipulis habendorum sequentem accipe typum:

- S. H. HOLLAZ, *Starg. Prologus, de philosophia generatim.*
- C. F. HARTMANN, *Starg. de philosophia instrumentali.*
- E. TH. JANTICO, *Regenw. de Physica.*
- P. A. WALTER, *Starg. de Homine.*
- G. D. FLESCHE, *Starg. de Astronomia.*
- J. F. LÖPER, *Starg. de Historia Astronomia.*
- C. J. SCHULZE, *Starg. de Cælo.*
- J. D. WENDT, *Starg. de Aère.*
- F. LA BRIGUIER, *Starg. de Terra. Metro german.*
- D. SCHMID, *Starg. de Subterraneis. Scrm. Latin.*
- J. F. NECKER, *Prilup. de Anima.*
- J. F. NECKER, *Pril. de Brutis.*
- E. A. HARTMANN, *Starg. de Attributis DEI ex opere creat. cognoscendis contra Atheos, Epilogus.*

Sermones  
vernac.

Sermones  
vernac.

64199

AB 64 199


ULB Halle 3  
001 970 631




TA → 2c

VD 17







Farbkarte #13

B.I.G.

MANUDUCTIONEM

# PHILOSOPHIÆ

AD NOTITIAM DEI NATURALEM

*QUIDAM E COETU NOSTRO DISCENTES SUIS UTCUNQUE  
DELINEABUNT ORATIONIBUS,*

14. August. A. 1726. <sup>Quas</sup> hor. IX. antem. Vol. DEO  
in Auditorio nostro majori perorando  
declamabunt;

<sup>Ad quas</sup>  
BONO ANIMO, ET BENIGNIS AURIBUS  
PERCIPIENDAS  
USARUM FAUTORES, PATRONOS,  
& AMICOS OMNES

*Qua debet, animi observantia, & reverentia  
invitet*

CH. FR. ESSERUS,  
Con-Rector.

STARGARDIÆ, TYPIS JOH. TILLERI, TYPOG. REG.